

4861.

1352 Okt. 28.

Strängnäs.

Riddaren Lars Magnusson säljer sin gård Arentorp i Kedums socken till Heneke Vælinhof.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Laurencius Magnusson miles salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium nouerint vniuersi me discreto viro Hænichino Vælinhof predia mea Arnothorp parrochie Kideeme cum omnibus iuribus et pertinenciis suis prope uel remote positis, que de Mærittæ Malkindsdotter pro iusto precio ueraciter acquisiui, pro quaträginta marchis denariorum sweue monete integraliter dimisisse, alienans mihi et heredibus meis et in ipsum Hænichinum predictum omne proprietatis ius et possessionis dominium transferens iure perpetuo possidendum, obligans me et discretos viros Vlphonem Niclisson necnon Guzsercum Karlson predicta bona sibi pro omni impedicione seu quacumque perturbacione actenus apropiandum siue quomodolibet approbandum. In cuius rei testimonium sigilla nostra ut supra presentibus sunt appensa. Datum Strengiænæs anno Domini m^occc quinquagesimo secundo die beatorum apostolorum Symonis et Jude.

Sigill: n. 1 (Lars Magnussons; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 471) obetydligt fragment; n. 2 (sparre öfver lilja i sköld utan hjälm): s' ULPHONIS NICLISS'; n. 3 obetydligt fragment.

4862.

1352 Okt. 31.

Riddaren Anund Sture bevittnar en köpehandling mellan Peter Larsson och Harald Kase, hvarjämte Peter Larsson förklarar Harald Kase hafva nöjaktigt fullgjort ingångna förbindelser.

L. Sparres afskr. saml. i Sv. Riksark., sign. J 7, fol. 288.

Omnibus præsens scriptum cernentibus Amundus Sturä miles salutem in Domino sempiternam. Recognosco per præsentem me præsentem fuisse, dum cognatus meus Petrus Laurinzson viro discreto Haraldo Kasä omnia bona sua, videlicet Botatorp et ambas curias in Grutu in Gäsene ac partem hæreditariam, quam habuit idem Petrus Laurinzson post Christinam Päterssdotter, matris suæ [o: matrem suam], cum omnibus prædictorum bonorum attinentiis et ipsa Cristina Pätersdotter bonæ memoriæ post filios suos, cum benevolentia mea ac plurium cognatorum suorum et amicorum tuorum [o: su-] præsentem (!) dimisisse iure perpetuo possidenda. Insuper recognosco ego Petrus Laurinzson prædictum Haraldum Kasæ super omnibus, quæ inter nos habuimus, liberum et quietum totaliter dimisisse et protestor me esse complete ætatis et ad annos meos pervenisse, et super omnibus, quæ inter Haraldum Kasæ et me vertebantur, reddo me firmum et contentum. In cuius rei testimonium ac evidentiam firmiorem sigillum meum vna cum sigillis Thomæ Jonssons, domini Vlphonis, curati ecclesiæ Bedarydh (!), domini Eskilli, curati ecclesiæ Fristada, præsentibus est appensum. Datum anno Domini mccc 2 vigilia omnium sanctorum.

Sigill: n. 1 (tre sjöblad styckande skölden; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 614): omskrift saknas; n. 2 (griphufvud): s TOME IONSONS; n. 3 (andligt): omskrift saknas; n. 4 (E'): s ESKILLI